





5478.

1795, 6

6

PERVETVSTÆ ACADEMIÆ ERFFVRTH.

**RECTOR**

JAM

FACVLTATIS JVRIDICÆ

**DECANVS,**

**TOBIAS JACOB  
REINHARTH,**

JCTVS, RELIQVA,

AD AVDIENDAM

**LECTIONEM CVRSORIAM**

ad L. 21. f. 1. & 3. C. de Tefiam. ordin.

ET

DISSERTATIONEM INAVGVRALEM

AD DIEM XVII. MARTII M DCC XXXV.

**LECTOREM BENEVOLVM**  
HUMANISSIME INVITAT.

---

ERFORDIÆ,

Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGH,

Acad. Typogr.

*Q. D. B. V.*

**S**I quicquam actionum humanarum est, quod Leges Civiles favore, non minus ac libertate voluntatis illibata, donarunt, certe ultima defunctorum sunt elogia, de quibus ita existimavit CONSTANTINUS IMPERATOR (1) ut nihil magis debeatur hominibus, quam ut supremæ voluntatis, postquam jam aliud velle nequeant, liber sit stylus, liberumque, quod non reddit, arbitrium. Quæ arbitrii libertas, sicut in tabulis supremis condendis, ita quoque in conditis mutandis, reformandis, augendis, minuendis, & penitus tollendis in Legibus perspicue deprehenditur. Cunctis enim suffragiis JCTi afferunt: Neminem sibi, quoad ultimas voluntates, talem legem dicere posse, à quâ ipsi recedere non liceat (2) & quod voluntas hominis, ad extremum usque spiritum, cum morte demum velle desinamus, (3) sit ambulatoria. (4) Neque enim vel per clausulam simplicem, de non mutando testamento, eidem insertam, vel etiam ita conceptam: Spem sibi esse, fore, ut heres scriptus factam institutionem in signum gratitudinis sue acceperet, frenum testatori, quo minus nihil feciis ab hac suâ dispositione iterum recedere possit,

---

(1) L. 1. C. de SS. ecclesiis.

(2) L. 22. ff. de Legat. 3. L. 87. ff. de Condit. & Demonstrat. L. 6. ff. 2. ff. de Jur. Codicillor.

(3) L. 4. ff. Locat.

(4) L. 4. ff. de adm. Legat.

sit, injicitur. (5) Siquidem verè dixit BOITELIVS: (6)  
In materia testamentaria VOLVNTAS testatoris, tan-  
quam domina principem tenens locum & ubique præ-  
dominans, utramque facit paginam, & pro inviolabili  
lege servanda est; & eandem ob rationum BARTO-  
LVS apud HEIGIVM (7) de ulla sufficienti Cautela fe-  
rè desperavit, ne scil. quis scribat testamentum, aut scri-  
ptum mutet. Nam, nec Jure Civili & Justinianeo per pa-  
cta libertati testamentum mutandi obicem poni po-  
tuisse, certum est, (8) quod quamvis Germanorum &  
hodiernis moribus aliter sese habeat, cum ejusmodi pa-  
cta & conventiones de non mutando testamento, mo-  
do perspicue & non per verba dubia exprimantur,  
STRYCKIO & LEYSERO judicibus, (9) facultatem ali-  
ter testandi utique impedian; nihil tamen secius nec  
hodie ipsum juramentum, quo testator clausulam de  
non revocando ivit communium, eundem in *foro*  
*exteriori*, à mutatione arcere poterit, quamvis ratione  
*fori interioris & conscientiae*, cum ejusmodi testator uti-  
que perjurii se reum faciat, (10) secus dicendum sit. Ut-  
ut vero hæcce supremam voluntatem mutandi libertas  
porro ita comparata sit, ut pro lubitu solo, sine ullius

\* 2

vel

(5) BERGER. econ. Jur. p. 593. Not. 5.

(6) Dee. II. n. 140. apud STRYCKIVM de Caut. Testam. Cap.  
XXIV. §. 32. p. 1071.

(7) HEIGIVS ad pr. inst. de admend. Legat.

(8) L. Hereditas s. C. de Paet. convent. L. 15. § ult. C. de pa-  
etis L. ult. ff. de suis & legitimis hered. Rationem vide apud  
CARPOZOVIVM P. 3. C. 34. def. 7. n. 3. § STRYCKIVM de  
Caut. testam. C. 24. §. 2.

(9) STRYCKIVS Caut. testam. Cap. 24. §. 15. seqq. LEYSERVUS  
Med. ad ff. spec. 359. §. VIII. & IX.

(10) BERGERVS econ. p. 393. Not. 3.

vel justæ, vel rationabilis aut gravis causæ allegatione,  
fieri queat, nec heres vel legatarius in casu mutatio-  
nis, quicquam injuriæ, de qua ob lucrum citra causam  
forsitan adentum conqueri possit, habeat; cum neu-  
tri, quamdiu vivit testator, jus quæstum competit; (II)  
hoc tamen manifestum, summam curam ac providen-  
tiam apparere in legibus nostris, quibus fraudibus &  
imposturis, quæ circa ejusmodi ultimarum volunta-  
tum revocationes & immutations ocurrere solent  
ivere obviam. Præterquam enim, quod ex eō solo,  
testamenta semel condita infirmari nequeant, quod  
postea testator ea valere noluerit, (12) licet coram  
VII. testibus testator voluntatem declaraverit (13) nisi  
insuper decennium à tempore confecti testamenti  
computandum, elapsum sit. (14) Ita econtrario ad  
testamentorum efficaces mutationes & sublata-  
nes vel facta testatoris evidentia, puta deletio-  
nem, incisionem, vel cancellationem, consulto factam  
(15) vel novum testamentum solenniter & perfecte con-  
ditum.

---

(11) STRYCK. cit. tr. § Cap. §. 32.

(12) §. Ex eo solo Inst. Quib. mod. testam. infirm. Nam nuda  
voluntate testamentum non conditur, ergo nec eadem  
revocatur. ANT. TESSAVR. Qu. for. §6. quod non in  
scripto solam, sed quoque nuncipativo procedere, ve-  
rius est, utut ARNOLD. VINNIUS ad dict. §. Ex eo solo  
Inst. Quib. mod. test. in firm. gratis dissentiat.

(13) L. 27. C. de testam. ord. Exceptio est in milite, cui ultimum  
elogium nudis verbis satis probatis revocare per-  
missum L. 15. §. 1. ff. de test. mil. Idemque in paganorum  
testamentis hodie in Saxonie obtinere tradit FINCKEL-  
THAVS Obs. 34. n. 17.

(14) cit. L. 27. C. de test. qua correxit JVSTINIANVS ve-  
terem Decisionem L. 6. C. Theodos. de testament.

(15) L. 1. § 3. ff. de his, que in test. delent.

ditum (16) requirunt; per ejusmodi enim posterius testamentum, cum nemo paganus duobus cum testam-  
tis, solo milite excepto, (17) decedere queat, (18) tollitur prius ipso jure, cum omnibus aliis praecedentibus, licet  
mille dispositiones quis fecisset. (19) Notanter vero po-  
steriori testamento *solemni & perfecto* prius tolli afferui.  
Nam *imperfecto & minus solemnem* idem regulariter fieri  
non posse, nec inde priori voluntati mutationis peri-  
culum imminere à Justiniano dilucide fuit dispositum.  
(20) Ex quō confit, nec posteriori *solemni*, dolosis per-  
suasionibus elicto, prius tolli posse. (21) Exceptiones ve-  
rò duas notatu dignas Imp. THEODOSIVS & VA-  
LENT. partim de testamento posteriori *Parenium inter*  
*solos liberos minus solemnem*, partim de illo ultimo elogio,  
in quo heredes *soli ab intestato* successiri sunt honorati,  
superaddiderunt, & quod utrumque *imperfectione non*  
*obstante*, (22) nihilominus priora *solemnia*, quibus  
personis extraneis fuit prospectum, reddat inefficacia,  
disposuerunt. (23) Multa profecto circa has exceptiones  
proferri ac moneri possent, sed ob temporis &  
instituti rationem filum abrumpere, atque hoc pensum.

NO-

(16) L. 21. §. 1. C. de testam.

(17) vid. in. L. 19. ff. qui testam. cond. possunt.

(18) MANZIVS Dec. 31. RICHTER Dec. 41. n. 1.

(19) BARBOSA tbes. loc. L. 19. L. 41. n. 19. L. 6. §. 2. ff. de adi-  
mend. legat.

(20) L. 27. C. de testam. ordinand. §. 2. Inst. Quib. mod. test. in-  
firm. juncta L. 21. §. 1. & 3. C. de Testam. ord.

(21) MARTA in Dig. noviss. tom. 3. Concl. 38.

(22) modo talis non sit ex defectu voluntatis. BERG. in econ.

(23) cit. L. 2. §. 1. & 3. C. de Testament.

NOBILI AC PER-ERVDITO DOMINO  
CHRISTIANO SCHÜSLERO,

Juris Utriusque Candidato eximio

in Lectione cursoriā ad Dict. L. 21. §. 1. & 3. C. de Testam. ordin. habendā absolvendum relinquere cogor, cuius studiorum & vitæ merita mihi jam sumsi commendanda. Hic quippe ipso die St. Michaeli Archangelo sacro styl. vet. A. M DCC XI. in hanc lucem editus est, & quidem Patre Viro Plurimum Rever. ac Clariss. Dn. M. CHRISTOPH. SCHÜSLERO, tunc temporis Diacono Zeulenrodenſi, postea Pastore Parochiæ Saccaviensis in dioceſi Gros-Haynenſi, Matre vero ANNA ELISABETHA STARCKIN, Hamburgenſi, fœmina multis virtutibus conspicua. Prima literarum morumque fundamenta, ipso Parente duce, jecit, & A. M DCC XXIV. ad Scholam Misénensem, cui a St. Afra nomen est, missus, studiis, quæ humaniora vocari solent, strenue incubuit. Rite hoc modo positis fundamentis A. M DCC XXVIII. Academiam Vittebergensem salutavit, ibique per unius anni ac semestre spatiū commoratus ad Academiam Halensem se recepit, quam post sex menses cum Academia Lipsiensi commutavit; In his cum jurium Doctores Excellentissimos, nostræque ætatis celeberrimos naectus fuisset, talem omnino se gessit, ut tempus atque oblatam occasionem ubique optime collocaverit. Quemadmodum autem jam eo tempore, quo Vitteberga discesserat, specimen hujus rei in dissertatione publica, Trigam Controversiarum Juris Civilis sistente, dederat; ita deinceps Lipsiæ non solum examen illud in Saxonia consuetum cum laude sustinuit, verum etiam Notarii Cæsarei Publici munus obtinuit. Lipsiam relinquens

Pra-

Praxin Theorice jungere e res sua esse duxit, votique sui  
Dresde per aliquot tempus compos factus est. Mox,  
Numine sic dirigente, Generosissimus Heros, Dn.  
ADAM FRID. BRAND DE LINDAV, S. Reg. Majest.  
Polon. & Elect. Saxon. Tribunus militum Candidatum  
nostrum gratia sua dignatus est, cui A. MDCCXXXII.  
a secretis fuit, & paulo post officio Praetoris castrensis,  
quem Auditorem, vulgo vocant, in legione modo di-  
cti Generosiss. Dn. BRAND DE LINDAV per annum,  
& quod excurrit, functus est, imo cum superiori anno  
haec legio Polonium peteret, ex singulari quodam fa-  
vore, cundem Castrorum Metatorem, sive Regiments-  
Quartier Meister nominavit. Quam spartam Noster  
itidem cum laude ornavit, sed brevi saltē temporis  
spatio; Postquam enim ista legio, supra laudato Dn.  
BRAND DE LINDAV ad altiorem dignitatem supre-  
mi videlicet vigilarum Praefecti, qui General-Major dici-  
tur, ascende, alii Tribuno militum demandabatur,  
strepitus armorum pertensus placidas, legitime impe-  
trata dimissione, repetit Musas. Quemadmodum au-  
tem in harum quoque castris strenue jam olim milita-  
verat, ita fas quoque est, ut exantlatorum laborum  
præmia heic quoque reportet; Accessit hunc in finem ad  
perantiquam nostram Geranam, & honores in utroque  
jure supremos semet ambire Ordini nostro exponens, ut  
ad specimina consueta edenda admitteretur, pro ea, qua  
præditus est, modestia, ab eo petiit; Nobis satis honesto  
ejus desiderio desse eo minus licuit, quo magis in exa-  
mine, quod cum laude sustinuit, rigoroso, prævia tex-  
tuum ex utroque Jure eidem communicatorum per-  
docta explicatione, propositis eidem quæstionibus sa-

tis arduis, solidis non minus ac promptis responsioni-  
bus, ita satisfecit, ut ob præclaram in utroque Jure na-  
vatam operam Licentiaturæ, quem modo petiit, Gra-  
dum eidem conferendum haud hæsitaverimus, ad  
quem rite obtinendum futuro die 17. bujus Mensis Martii  
in laudatam L. 21. §. 1. & 3. C. de Testam. ord. Lectio-  
nibus publica non solum commentabitur, sed quoque hoc  
specimine præstito

DE EO, QVOD CIRCA  
EXPENSAS INQVISITIONIS  
ET CRIMINALES  
JUSTVM EST,

inaugurali & solemni modo, sine Præside, disputabit,  
ad quos actus eo splendidiores reddendos Reverendissi-  
mus & Per-illustris Dn. PRO-CANCELLARIVS cum  
reliquis Universitatis Proceribus & Civibus, ea, qua-  
decer, observantiae ratione, invitantur. PP. sub Sigill.  
Fac. Jurid. d. XIII. Mart. MDCCXXXV.




Erfest, Diss., 1735



3

✓D18





448.

1795, 6  
6

PERVETVSTÆ ACADEMIÆ ERFVRTH.  
**RECTOR**  
 JAM  
 FACVLTATIS JVRIDICÆ  
**DECANVS,**  
**TOBIAS JACOB**  
**REINHARTH,**  
 JCtvs, RELIQUA,  
 AD AVDIENDAM  
**LECTIONEM CVRSORIAM**  
 ad L. 21. f. 1. & 3. C. de Tesiā. ordin.  
 ET  
 DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM  
 AD DIEM XVII. MARTII M DCC XXXV.  
**LECTOREM BENEVOLVM**  
 HUMANISSIME INVITAT.  
 ER FORDIÆ,  
 Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII,  
 Acad. Typogr.